



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiastica Hymnodia Libri Tres

Secchi, Anacleto

Antverpiæ, 1634

Approbationes.

[urn:nbn:de:hbz:1-45942](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:1-45942)

APPROBATIONE'S.

*Don IULIUS CAVALCANVS Congre-
gationis Clericorum Regularium sancti
PAULI Præpositus Generalis.*

CVM Tractatum de Ecclesiastica
Hymnodia R. P. Don Anacleti
Sicci, Præpositi Collegij S. Pauli Bo-
noniæ eiusdem nostræ Congregatio-
nis, duo ex eadem Congregatione
docti viri, quibus id commisimus,
recognouerint, & in lucem edi pos-
se probauerint, facultatem conce-
dimus vt typis mandetur, si iis, ad
quos pertinet, visum fuerit. Datum
Mediolani in Collegio nostro sancto-
rum Apostolorum Pauli & Barnabæ
die XX. mensis Febr. M. DC. XXIX.

*Don Iulius Cavalcanus Præpositus
Generalis.*

PRæclarum, & in hac materia De
Ecclesiastica Hymnodia singula-
rem Tractatum admodum Reueren-
di

di Patris Don Anacleti Sicci, Collegij sancti Pauli meritissimi Præpositi, maiore qua potui diligentia peruolui: eundem verò opus egregium, meo iudicio, deprehendi, variis quæstionibus, iisque doctissimis & iucundissimis, plenum; necnon etiam sacris Historiis & modernis exemplis ornatum, ad spiritus excitationem & cordis ardorem in Christi Domini amorem. Quapropter in communem totius Ecclesiæ utilitatem, & eorum præsertim solatium qui Choro sunt addicti, Opus hoc in lucem dandum approbauit.

Ego Don Aegidius Polus Rector Pœnitentiariæ pro Illustriss. & Reuerendiss. D. Card. Archiepisc. Bonon.

VIdi ego subscriptus, ac diligentius consideravi hoc Opus admodum Reuerendi Patris Anacleti Sicci, inscriptum, *De Ecclesiastica Hymnodia libri tres, in quibus, &c.*
ita

ita doctrina ac disciplina Ecclesiastica vndequaue perfectum ac sanum, vt (nisi optimi moris ac sanctæ obseruantia esset) non alia quàm sui ipsius auctoritate ac censura indigeret: continet enim, vt alia omnia bonæ vitæ ac summæ eruditionis verba, sic & ea, quæ Deo maximè placent, quæque illi in Ecclesiis persolui consueuerunt; in quibus lux tanti Doctoris ita effulget, vt inter luminaria non solum suæ Congregationis, verùm etiam & aliorum omnium Doctorum cuiuscumque Vniuersitatis, connumerandus videatur, vt legentes Magistros doceat; ac perlegentes semper ampliùs docebit. Imprimatur ergo publicæ commoditati.

Ita Fr. Hieronymus Onuphrius Lector publicus in almo Bononiensi Gymnasio, atque ibidem sanctiss. Inquisitionis Consultor pro Reuerendis. Patre Magistro Paulo de Garrexio Inquisit.

Don-

Don BAPTISTA CRIBELLVS, Congregationis Clericorum Regularium sancti PAULI Præpositus Generalis.

Auctaria ad Libros de Ecclesiastica Hymnodia Reuerendi Patris Don Anacleti Sicci, nostri Assistentis, suis locis inserta, à duobus nostræ Congregationis doctis viris recognita & probata, concedimus posse vnâ cum Operis recusatione edi in lucem, si iis, ad quos spectat, videbitur. Datum Mediolani in Collegio nostro sanctorum Apostolorum Pauli & Barnabæ pridie Idus Iulij CIO. IOO. XXXII.

Don Baptista Cribellus Præp. Generalis.

Hymnodia Ecclesiastica, variè ab Auctore aucta & emendata, publico sanctæ Ecclesiæ Catholicæ bono recudatur.

Gaspar Estrix Canonicus & Plebanus Antuerpiensis ac Librorum Censor.

DE